

architecti, armorum custodes, beneficiarii, caementarii, cornicularii, evocati, fabri, gubernatores, librarii, medici, nauphylaces, nonagen(arii?), . . . officiorum, optiones, in his optio conv. . . et optio factionis artificum, pituli, proretae, scaenici, scribae, secutores trierarchi, strig. . . nescio qui, suboptiones, subunctores, velarii, victimarii, bix(illarius?), id est opinor vexillarius; denique post duplicarios quosdam et princi-

pales, quorum officium non enuntiatur, turba sequitur manipularium. — Tituli plerique pessime scripti lectuque difficiles sunt, positi scilicet saeculo potissimum tertio; cuius aetatis inter alia hoc quoque indicium est, quod inter nauphylaces non ita paucos nullus est, qui a littera *f* pro *ph* absteineat. Ea enim litteraturae degeneratio coepit fere a Severo.

3334 [= 2646] alta p. 2 lat. p. 1 WAELSC.; *tavola di marmo con lettere oblunghe et come incavate con punta di coltello, lunghe un deto et il primo verso tre deti et non altre distinzioni et altri ponti che come qui stanno* ACC.; tabella marmorea oblonga coactaque littera sine punctis SMET. Puteolis apud Ferrantem Mangione ACC. Deinde Neapoli in domo Hadr. Gulielmi Spadaforae IDEM (postea) CORR. GIORD. CAP. Pars inferior recens videtur pervenisse ad Mazam; hodie neque haec extat neque lapis antiquus.

AEDIFICIS ET LOCIS ♠

ACENTIBVS AEDIFICIS SIVE IS LOCVS AGER EST  
AELI RVFINI MILITIS  
BVS SE POSSESSOREM ESSE EX CAUSA EMPTIONIS · P ·  
5 AELI · ABASCANTI PATRIS SVI · ALFENIO SENECONI SVBPRAEF  
CLASS PR · MIS · PROBAVIT ET MERUIT SENTENTIAM QVAM IVS  
SV EIVSDEM · SENECONIS SVBPRAEF · HVIC TITVLO PROSCRIPSIT  
SENECIO · C · C · C DIXIT  
NECESSARIAM FVISSE INSPECTIONEM AEDIFICIORVM ET  
10 LOCI DE QVIBVS APV ME ACTVM EST · RE · IPSA · MANIFESTATVR  
CVM IGITVR AEDIFICIA SOLO PVRO POSITA · DEPREHENDE  
RIM · NEQVE VILLO SEPVLCRO SVPERPOSITA VEL CONIVNCTA AP  
PARET VENDITIONEM EORVM IVRE FACTAM IDEOQVE AD AELIVM ·  
RVFINVM MILITEM EX CAUSA EMPTIONIS PERTINERE VIDENTVR  
15 LOCI VERO SIVE AGRI QVEM ADIACENTEM AEDIFICIS AELIVS ABAS  
CANTVS PATER RVFINI AB HEREDIBVS PATVLCI DIOCLETIS AEQVE  
MERCATVS EST · CVM · HABEAT PLVRIMA ET DISPERSIS LOCIS SEPVLC  
CHRA IVS PER VENDITIONEM TRANSFERRI AD EMPTOREM  
NON POTVIT SET CVM PATER RVFINI ET POSTEA RVFINVS QVAM  
20 QVAM NON IVRE FACTA EMPTIONE SEMPER IN POSSESSIONEM  
FVERINT NVLLO IVRE EVM LOCVM VINDICARE SIBI PATVLCI POS  
SVNT · PLANE CVM IN RE PRAESENTI INSPEXERIM  
ERASVM PATVLCI DICVNT REMANERE  
EXPRIMENTIA HAEC VERB

Sine falsis supplementis dant soli Accursius VI n. 27 et Ligorius cod. Visc. f. 46'; cum supplementis ad v. 1—4 Budaeus apud Pingonium f. 79'; Metellus cod. Vat. 6039 f. 354' descriptam ad Nicotium, correctam ad Morillonium et Vallambertum; cum supplemento etiam partis inferioris Pighius cod. Luzac. p. 267 (inde Smetius ms. Neap. p. 75; ed. 14, 2, ubi auctor laudatur Pighius; inde Waelscapple ms. f. 85' cf. f. 90'; Ursinus ad Ant. Augustinum de legibus 1583 tab. 20; Grut. 208); Metellus cod. Vat. 6038 f. 61, cod. 6044 f. 44; cod. Paris. Lat. 5825 J f. 42 (cf. f. 23); Victorius ms. f. 64'; Corradus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 282, orth. 204, 2 (inde Ligorius Taur. 12); Laur. Schradaeus apud Fabricium antiq. 1587 p. 25 et in syll. 1592 f. 251. Ex editis videntur pendere Giordanus ms., qui non refert nisi principium 1—8, et Capacius I. I c. 21 p. 334, item cod. Lugd. Bat. Scal. n. 586. Solam partem inferiorem refert Mur. ms. 21, 231 ex collectaneis Matth. Hier. Mazae. Orelli 4405.

Variam lectionem adscripsi Accursii Ligorii (Visc.) Budaei (suppressis meris erroribus) Metelli (cod. 6039) Corradi Pighii (Luzac.). — Interpunctionem minoraque formavi potissimum ad Accursium et Pighium. — 1 . . . AEDIFICIS Acc., DE (VE Lig.) HIS AEDIFICIS Lig. Bud., DE AEDIFICIS Met. m. 1, IN HIS AEDIFICIS Pigh., IN HIS AEDIFICIS Met. m. 2 Corr. — 2 . . . ACENTIBVS Acc., . . . IACENTIBVS Waelsc., ADIACENTIBVS Lig. Bud. Met. 1, PVRS ADIACENTIBVS Pigh., PVRS ADIACENTIBVS Met. 2 Corr. — AEDIFICIS Pigh. — 3 in . . . AELI Acc. Pigh., AELI Lig. Bud. Met. 1, P-AELI Met. 2 Corr. — 4 . . . BVS Acc., . . . IVS Pigh., EIVS Waelsc., QVIBVS Lig. Bud. Met., IN QVIBVS Corr. — 5 . . . AELI Pigh. — SENECONIS Lig. — 6 CLAS Lig. — 7 SENECONIS Lig. — 8 SENETIO Lig. — 9 AEDIFICIORVM Pigh. — 10 APVMEACTVM 'sic' Pigh., APVEM FACTVM Acc. Lig. Met. 2 Corr., APVD ME ACTVM Bud. Met. 1. — 11 AEDIFICIA Pigh. — 12 SEPVLCRO Bud. Lig. — CONIVNCTA Pigh. — 13 PARE Corr. — IDEOQVE Corr. — 14 VIDETVR Corr. ante em. — 15 AEDIFICIS Pigh. — 17 CVM] QVVM Pigh. — ET DISPERSIS] IN DIVERSIS Bud. — 19 POTVIT SET] POTVISSET Pigh. — 20 IVRE] IN RE ante em. Corr. — 21 VINDICARE Lig. — PATVLCI Acc. Lig., PATVLCI Bud., PATVLEI Met. 1, PATVLEII Met. 2, PATVLCII Pigh. Corr. — 24 VERBA Bud. Lig. Met. — Supplementum recens in ipso lapide adiectum fuit hoc:

22 [SVNT · PLANE CVM IN RE PRAESENTI INSPEXERIM] LITVRATVM · AED · Q  
[ERASVM PATVLCI DICVNT REMANERE] IN STIPVL · CAPITA · QVAEDAM  
[EXPRIMENTIA HAEC VERB] A ACTIVS · DIOC · PATVL · DIOC · F · CVM · FRATRIB  
25 QVI · NVNC · HIC · ADVNT · VENDVNT · P · AELIO · ABAS · LOCVM · PVRV · IN  
QVO · NVLLA · SEPVLC · FACTA · SVPER · NEQ · CONIVNCTA · APPARENT  
LIB · NEP · PRONEP · Q · ET · RELIQ · OB · CONTEMPTVM · TAMEN · REL  
RVFINVS · P · AELI · ABAS · F · AGRO · PRIVETVR · FIETQ · PVB · SEPELIENDOR · MIL  
IN · VSVM · HER · VERO · PATVL · DIOC · MVLTENTVR · SORTE · VNA · CVM  
30 ANATOCISMO · BINAE · CENT · VSVRAE · PPR · NEGLECTAM · RELIG · SEPVLC  
CLAM · DIRVTOR · PAVPERESQ · MIL · CLAS · PR · MIS · DONATI · SINT · VT · AEGRE  
SCENTES · ET · MORIENTES · NE · AERE · CONL · CVRENTVR · SEPELIANTVRQ  
QVAM · SENTEN · SANCTAM · ESSE · OMNES · SCIVNTO · IDQ · TOTVM · TESTATVR · MARMOR

Variam lectionem subieci trium exemplorum Corradi Pighii Maza. — Vv. divisi ad Corr. Mazam. — 22 LITVRATVM] M Maza. — AED·Q] AG·ET Pigh., AGRVM Schrad., AGRVM·AEDIFICIISQVE Vict. — 23 ERASVMQVE Schrad. — INSTIPVL Pigh., ...PVL Maza, IN·STIP CORR. — QVAED... Maza. — 24 DA ACTIVS Maza. — PAVL Maza. — FRATR... Maza, FRATR CORR. — 25 HIC om. Maza. — VENDVNT om. CORR. — ABASCANTO Pigh. — 26 SEPVLCRA Pigh. — FACTA Maza, IACTA CORR. Pigh. — SVPER] CORR., SVPEP Maza, SVPERPOSITA Pigh. — 27 Q om. Pigh. — RELIQUA Pigh. — RELIGIONIS Pigh. — 28 SEPELIEN·OR Maza. — MIL] MILITVM·CLASS·PR·MIS Pigh. — 29 HEREDES Pigh. — MVLTVTVR CORR. — 30 SINAE Maza — CENTESIMAE Pigh. — PPR CORR., PRR Maza, PROPTER Pigh. — NENEGLECTAM CORR. — RELIGIONEM·SEPVLCRORVM Pigh. — 34 MILITES CLASS Pigh. — VT AEGRESCENTES ET MORIENTES] CORR. Maza, DVM AEGRESCVNT·ET·MORIVNTVR Pigh. — 32 CONLATO Pigh. — SEPELIENTVRQ Pigh., SEPELIANTQ Maza. — 33 SENTENTIAM Pigh., SEMENSA Maza. — SANTAM CORR.

Partem inferiorem ficticiam esse monui iam in addendis ed. 1. Multis enim nominibus peccat cum contra scribendi consuetudinem (ita *mulctare* barbarum est, *marmor testari* Italorum, neque Patulcii Diocletis filii dici potuerunt Actius Diocles et Patulcius Diocles), tum contra iuris regulas (ut *sors cum anatocismo binae centesimae* pessime dicitur pro sorte cum usuris binarum centesimarum et anatocismo super usuris exacto) et contra ipsam rationem. Vide igitur ne bella ista de fundo Aeliano tamquam de ostrea in apologo aequi iudicis iudicatio ex numero fraudium sit. Quod iudicium iam confirmatur apographo Accursii, qui primus omnium titulum vidit et solus loco antiquo, antequam in museum inferretur. Ex eodem intellecta est interpolatio altera in principiis vv. 4—4 admissa. Vere antiqua satis commode procedunt, nisi quod exordium impeditum est culpa opinor scriptoris neque satis intelleguntur quae ad finem supersunt lacera et hiantia.

[In his] aedificis et locis [adi]acentibus aedificis, sive is locus ager est, [P.] Aeli Rufini militis [omni]bus (melius scripsisset *Horum aedificiorum ... omnium P. Aelius Rufinus miles*) se possessorem esse ex causa emptionis P. Aeli Abascanti patris sui Alfenio Senecioni subpraef(ecto) class(is) praetoriae Mis(enatis) probavit et meruit sententiam, quam iussu eiusdem Senecionis subpraef(ecti) huic titulo proscripsit (dicendum fuit aut huic titulo subscripsit, aut hoc titulo proscripsit).

Senecio c(un) c(onsilio) c(ollocutus) dixit. Necessariam fuisse inspectionem aedificiorum et loci, de quibus apud me actum est, re ipsa manifestatur. Cum igitur aedificia solo puro posita deprehenderim neque ullo sepulchro superposita vel coniuncta, apparet venditionem eorum iure factam, ideoque ad Aelium Rufinum militem ex causa emptionis pertinere videntur.

Loci vero sive agri, quem adiacentem aedificis Aelius Abascantus pater Rufini ab heredibus Patulci Diocletis aequo mercatus est, cum habeat plurima et dispersis locis sepulchra, ius per venditionem transferri ad emptorem non potuit. Sed cum pater Rufini et postea Rufinus quamquam non iure facta emptione semper in possessionem fuerint, nullo iure eum locum vindicare sibi Patulci possunt. Plane cum in re praesenti inspexerim [cip-pum, ubi nomen] erasum Patulci dicunt, remanere [tamen vestigia scripturae] exprimentia haec verb[a]...

Egit de causa hac Rudorffius (inst. grom. in ed. grom. Lachmanni 2, 464), sed parum feliciter, deceptus ineptis de quibus dixi additamentis. Patulcii Diocletis heredes aedificium quoddam locosque ei adjacentes P. Aelio Abascanto ita vendiderunt, ut loci religiosi exciperentur sive solita clausula legibus venditionis inserta (cf. Dig. 48, 4, 22: *hanc legem venditionis 'si quid sacri vel religiosi est, eius venit nihil' supervacuam non esse, sed ad modica loca pertinere; ceterum si omne religiosum vel sacrum vel publicum venierit, nullam esse emptionem*) sive ipso iure, maxime exciperetur sepulcrum ipsorum Patulciorum (cf. Dig. 49, 4, 53, 1. *Labeo: si eum fundum vendidisti, in quo sepulcrum habuisti nec nominatim tibi sepulcrum excepisti, parum habes eo nomine cautum. Paulus: minime, si modo in sepulcrum iter publicum transit. Dig. 47, 12, 5: utimur eo iure, ut dominis fundorum, in quibus sepulcra fecerint, etiam post venditos fundos adeundorum sepulcrorum sit ius*); eiusmodi enim sepulcrum nisi Patulcii habuissent, causa nulla fuit, cur litem de ea re moverent. Moverunt autem venditores adversus emptoris heredem ex vendito opinor actionem, contententes ius sepulcri sibi etiam post venditionem superesse. Iudicatum est aedificium ipsum in loco puro factum esse, in agris adiacentibus sepulcra quidem complura inveniri neque eorum locorum dominium ad emptorem transisse, sed nihilo minus eorum quoque possessionem ad emptorem magis pertinere quam ad venditorem, scilicet quatenus possideri possent; hoc enim omnino Senecio voluit, quamquam rei militaris fortasse magis peritus quam iuris civilis sententiam parum eleganter definivit. Omnino in hanc quoque controversiam cadit id quod Papinianus respondit Dig. 48, 4, 73: *intra maceriam sepulcrorum hortis vel ceteris culturis loca pura servata, si nihil venditor nominatim excepit, ad emptorem pertinent*. Causa ea ita iudicata de alia re Patulcii queruntur, scilicet in suo monumento nomen fraude emptoris erasum esse. Cuius querelae causam nos quoque adhuc habemus, dico titulum supra relatam n. 2826 hunc:

l. p a t u l c i u s · F E L I X · S I B I · E T  
l. p a t u l c i o · C E R D O N I · P A T R O N · E T  
l. p a t u l c i o · H E R M I A E · P A T R O N · E T  
! ! ! ! ! A E · S E X · L · D I O N Y S I A E · E T  
5 ! ! ! ! ! A E · S E X · L · P R I M A E · S O R O R I · E T  
! ! ! ! ! A E · S E X · L · M E T H E · V X O R I · E T  
p a t u l c i A E · L · L · L · P R E P V S A E · E T  
l. p a t u l c i O · L · L · L · F A V S T O · E T  
! ! ! ! ! > · L · S O P H R O N I · E T  
10 ! ! ! ! ! N I A E · > · L · S O P H E · E T  
l i b e r T I S · L I B E R T A B V S · E O R V M · S V I S Q · O m n i b

in quo apparet Patulciorum nomina erasa esse. De ea querela quid actum sit iudicatumque, deficiente sententiae fine ignoratur.

Praeterea quaeritur, eiusmodi controversia cur non iure ordinario decidatur, sed extra ordinem de ea iudicet subpraefectus classis Misenensis. Cum probabile sit fundum eum, de quo agitur, medium fuisse inter sepulcra classiariorum, fortasse responderi potest de iis locis sive publici sive privati iuris quae castris et omnino publicae administrationis sedibus contigua essent et quodammodo conexas, per exceptionem eos magistratus ius dixisse, qui ei administrationis praeesent. Simili ratione in urbe praefecti vigilum iudicavisse videntur in lite fullonum (vol. VI n. 266). — Alfenium Senecionem aetate Severi fere vixisse Borghesius statuit (opp. VIII p. 124) maxime propter ea quae viri docti qui lapidem viderunt de litterarum forma rettulerunt. L. Alfius Senecio legatus Britanniae imp. Severo (vol. VII n. 269. 270. 513. 1003) ab hoc equestri loci magistratu omnino diversus fuit.